densissime tenebre, alii dicebant, haec uerba non sunt demo
nium habentis numquid potest demonium caecorum oculos ape
rire claritorum oculi coeperant aperiri;

EXPLICIT X INCIPIT XLU

AB EO QUOD AIT FACTA SUNT AUTEM ENCENIA IN HIE
RUSOLIMIS USQUE AD ID QUOD AIT; OMNIA AUTEM QUAECUMQ;
DIXIT IOHANNES DE HOC UERA ERANT.
ET MULTI CREDIDERUNT IN EUM,

QUOD IAM COMMENDAVI
DILECTIONI VESTRAE STABILITER
MEMINISSE DEBETIS SANCTUM IOHAN
NEM EUANGELISTAM nolentis hos tamen de lac
te nutrire sed solido cibo uera.
Quis Quis autem ad sumendum cibum solidum uer
bi adhuc minus idoneus est lacte
fidei nutriatur. et uerbum quod intellegere
non potest credere non cunctetur;
Fides enim meritum est intellectus prae
mium; In ipso labore intentionis
desudat acies mentis nostrae ut ponatur articulus nebulae humi
de et serenetur ad uerbum dei; Non ergo recusetur labor si ad
est amor; Nostis enim quoniam qui amat non laborat, omnis non a
mantibus labor grauis est, si tantos labores cum auaris portat
cupiditas, nobiscum non portat caritas euangelium intendi
te; Facta sunt autem Encenia in hierusolimis, Encenia festiuitas
erat dedicationis templi, Graece enim cenon dicitur nouum,
quandocumque nouum ... aliquid fuerit dedica
tum Encenia uocantur, ... iam et usus habet hoc
uerbum, si quis noua tunica in ... ducitur Encaeniare dicitur;
Illum ergo diem quo templum dedicatum est iudei solemniter
celebrabant ipse dies festus agebatur cum ea quae lecta
sunt locutus est dominus, Hiemps ... erat et am
bulabat ihs ... in templo in portico ... salomonis, Cir
cumdederunt ... ergo eum iudei et dicebant quousque

humanae